

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Med.  
D. & Professor Ad Solemnam Iustorum Exequialium solutionem Piis Manibus Viri  
... Dn. Bernhardi Taddelii, Phil. Magistri & Graecae Linguae Professoris  
Celeberrimi Omnes Reipubl. literariae Cives officiose, & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.

i Jn B. Taddel.

•Rostock 1656.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776827766/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776827766/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776827766/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766/phys_0004)

DFG

9

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Med. D. & Professor  
AD SOLEMNEM  
Iustorum Exequialium solutionem.  
PIIS MANIBUS  
VIRI  
EXCELLENTISSIMI, CLARISSIMI  
DN. BERNHARDI  
TADDELII,

Phil. Magistri & Græcæ Linguæ Pro-  
fessoris Celeberrimi  
Omnes Reipubl. literaria Cives officiose, & pera-  
mant invitat.



ROSTOCHII,  
Typis Heredum NICOLAI KILI, Acad. Typog. 1656.

13

**V**ita Mortaliuin incerto versatur, rerumq; ha-  
manarum rota sursum ac deorsum currens o-  
mnia volat & confusa in uertit, ut eleganter  
Constant. Manass. Annal. p. 162. loquitur.  
Illustrat hoc ipsum Historia, quam de Mi-  
da Phrygum Rege Plutarchus refert, qui captum in ve-  
natione Silenum interrogans, quæ res optima & homi-  
ni maxime expetenda esset, responsum hoc tulit.  
**O** s'men non durabile, calamitoso natum parente, exiguo ut-  
vens tempore, quid me cogis dicere quod nescire te melius es-  
set. Utro quippe egredientes nascimur ad miseriam,  
quæ fidissima comes nos ad sepulchrum usq; prosequi-  
tur; quod instinctu quodam naturæ præsentientes si-  
mulac aura hujus vitæ afflamur, ad plorandum con-  
vertimur, nisi forte verum est, quod, de ZOROA-  
STRE, fertur, risisse eum, cum primum in hanclucem  
ederetur. Nudi prodimus omniumq; indigentes, nisi  
Parentes curam nostri gerant, non pes, non manus, non  
lingua suum faciunt officium. Primos annos degimus  
in ignorantia, cum nec Deum, nec opera ejus agnosca-  
mus. In adultiori ætate, cum deum vivere incipimus,  
torquent nos curæ innumeræ, labor assiduus corporis  
& animi, promunerum, quæ nobis contigerunt, vari-  
etate & quod deplorandum, ab ipsi statim incunabulis

Circumfilit agmine facto

Morborum omne genus, quorum si nomina queras

Promptius expediā, quot amaverit Hippia mæchos.

testē Juvenal. Satiro Nulla namq; ætas, neuter sexus, nul-  
la pars humani corporis peculiari quodam morbo ca-  
ret

Caret; etiam ipsis phar-maciis vel præservantibus vel  
morbū d̄epellentibus cruciamur.

& dum stare putas.

dumq; vel ævū Nestoris vel, (ut ait Cicero) Metelli for-  
tunam speras, & prædilectum te Naturæ filium credis,  
improvisa repente Mors aggreditur, mediosq; interci-  
pit apparatus, semperq; quasi saxum Tantalο, impen-  
det. Nemini enim datum mortem effugere, sive igna-  
vus sic ille sive strenuus, cum in communi mortalitatis  
conditione nascamur, quemadmodum Homerus Iliad.  
6. hoc clare satis expressit, dum inquit :

μοίσεαν δὲ ξπνά Φημι πεφυγμένον ἐμμενεῖς ἀνδρῶν.  
& κακὸν, σὸν μὲν εἰσὶ λόγοι, ἵππον τέ πεζῶν γένηται.

Hac enim Lege Deus animam in hujus corpusculi præ-  
sidio militare jussit, ut quocunq; die, quocunq; mo-  
mento decidere hanc volet, protinus inde sit exeun-  
dum. Hinc etiam promiscuè singulos, prout ipsi vi-  
sum, evocat, nec solum veteranos, sed & tirones, &  
qui militiae nomen nec dum dare possunt. Quare illum  
legitimum missionis diem esse statuendum, quem Im-  
perator ille noster cuiq; supremum esse voluerit. Ut  
enim nefas est in bello injussu Ducis præsidium desere-  
re, vel sine commeatu castra relinquere; Ita magnæ in-  
gratitudinis esse videbitur, missionem honestam à sum-  
mo Duce celerius datam, non libenter amplecti, maxi-  
mè, si ad præmium non ad ignominiam vel ad pœnam  
evocetur. Omnes quidem currimus, luctamur & cer-  
tamur in hac Mundi palæstra, pueri, juvenes, senes, nec  
non fortis ac imbecilles, & quemq; suum manet præ-  
mium.

A 2

DFG

mium. Sedanne terq; quaterq; beatos dicere proti-  
mus, quos agono thetes ille supremus tanquam sibi cha-  
ros è tot laboribus & periculis, è tot adversariorum in-  
sidiis eripit, atq; maturè vocat ad brabium? Ita puto.  
Vita hæc miseri arum innumerabilium officina est,  
quam qui claudi dolet, is ferias respuit malorum, & qui  
etem odit, quam qui appetit, laboriosæ finem vitæ cu-  
piat necesse est. Nec est, quod nos illos repente nimis,  
vel ante tempus, vel nimis cito, velex improviso, mori  
statuamus, qui subita morte & quidem ætate florente  
periere. Nam, ut Vates ait eximius stat sua cuiq; dies, ad  
quam quisq; cum venerit, metam attigit. Et quoniam  
nec credire datum, nec subsistere, transeundum est. Im-  
præmeditata (verba sunt Fr. Petrarchæ) modo non sit mors,  
quo velocior, cōfertilior, supplicium enim (si quod est) utiq;  
breve est, sensumq; ipsum celeritate præveniens, Et mori de-  
trahitur, quod est in morte durissimum, metus mortis. Neq;  
sapienti, quiq; eminus cuncta præviderit, incipium  
nimil accidere posse, ambigitur. Unde fit, ut improvisa  
mors non sit, cuius provida Vita fuit. Rectè Seneca lib.  
de brevitate Viræ, Non est, inquit, quod quenquam, propter  
canos aut rugas putas diu vixisse, non enim ille diu vixit, sed  
diu fuit. Quid enim si illum multum putas navigasse, quem  
saeva tempestas à portu exceptum. Huc illuc tulit, ac viribus  
ventorum ex diversofurentium per eadem spatha in orbem  
egit? non ille multum navigavit, sed mulsum jactatus est. Et  
paulo ante dicit. Nihil minus est hominis occupati quam  
vivere; nullius rei difficilior est scientia. Vivere tota vitæ di-

scend.

scendum est; & quod magis fortasse miraberis, tota vita dispendendum est mori. Licit itaque  
mors adveniat & nos vocet, licet mediam præcidat ætatem, perceptus longissimus  
fructus est. Cognita est sapienti ex magna parte natura, scit tempora honesta non  
crescere. Præterea, Unus dies hominum eruditorum, ut Posidonius ait, plus patet quam  
imperii longissima ætas. Ad quæ verba Vir incomparabilis eruditionis Justus Lipsius  
in commentario suo in Senec Epist. 78. sequentia ex Philone Judæo Lib. Quis divinor.  
oper. heres notavit, ὑποχρέεται δὲ τῷ ποιάντι ἄγοντι εἰρηνήν, καλὸν γῆρας,  
δῆμος πολυχερον, ἀλλα τὸ μετὸ Φρονήσεως ζῆν. Τὸ δὲ εὐημέρεον πολυετός  
ζεῖτον, οὐσια καὶ Βερβύτερον Φῶς σκότους αἰώνιος. Μίαν γὰρ ημέραν, ὑγιεῖν  
εἴπι τε φῆτες ἀνὴρ, βέλεσθαι βιώναι μετὰ ἀρετῆς, οὐ μύροι ἐπι ἐν σκιά τά  
διανάτος οὐδαί τὸ Φάντομα αἰνιττόμενον. Bion h. e. Pollicetur autem talē agentiapa-  
cem, bonam senectutem: id est, non longevitatem, sed vitam cum prudentiâ conjun-  
ctam. Nam vel diei felicitas multitudine annorum melior, quanto brevis aliqualux  
renebris eternis. Unam enim diem, dixit salubriter Vir Propheta, malle se vivere cum  
virtute, quam multa millia annorum in umbrâ mortis: Umbram mortis malam indi-  
cans vitam. Quæ Philo ex Moysi & Davide desumpsit. Cum itaque nos qui Chri-  
stiani sumus, quomodo vivendum sit sciamus, utique eo aspiramus, ubi Creator  
noster JEHOVA est atque Salvator CHRISTUS nec dies nostros numeramus  
ex eo, quam diu aliquis vixerit, sed quam bene & felices eos prædicamus, quorum  
fama post mortem vivit, nec obitum Clarorum virorum & de Republ. literariâ  
optime meritorum Mortem, sed potius Vitam nominandam esse, sive cito mo-  
riantur sive tardè, statuimus. Hujus emigrationis insperatae ac præmaturæ Ex-  
emplum eheu! nobis præbet Vir Excellenissimus ac Clarissimus DN. M. BERN-  
HARDUS TADDELIUS, Græca Lingue in hac Academia Professor Celeberissimus;  
Collega & Affilius noster desideratissimus, amantisimus, quem ANNO 1614.  
in hac Urbe ab honestissimis Parentibus natum percepimus. Patrem habuit  
BERNHARDUM Taddeum / Civem, Negotiatorem ac Centumvirum hujus  
Reipubl. integerimum; Matrem CATHARINAM Schmilow / foeminam  
laudatissimam. Avus paternus ipsi fuit MICHAEL Tadde / Civis Gryphis-  
moldensis honestissimus, Maternus vero Avus ELIAS Schmilow / Civis & Ne-  
gotiator hujus Urbis integerimus, qui Uxorem agnovit ANNA M Bergmans-  
NICOLAI Bergmans / in hac nostrâ Megapoli Salinarum & fossilis ustilisq; cœ-  
spitis, quem vernacula lingua Toff / nominamus, primi auctoris ac invento-  
ris filiam. His editus Parentibus & Avis noster pie defunctus Dn. Collega,  
cum Christo servatori suo sacra lotione consecratus, & ipsius cœtu inseritus  
esset, & Parentes in prole hac egestias bonæ mentis scintillas emicare ani-  
madverterent, Plutarchi consilium lectantes, naturam institutione bona excitan-  
dam

diam & exercitatione perficiendam esse statuerunt. Unde puerum hunc statim  
a primis unguiculis in DE Timore & verâ pietate educarunt & in hac nostrâ  
Scholâ triviali, nobili doctorum virorum seminario, bonis artibus ac linguis imbui cu-  
rarunt. factis in eâ primis literarum fundamentis, Frater ipsius germanus  
Vir Admodum Reverendus, Excellentissimus ac Clarissimus Dn. M. ELIAS  
TADDELIUS, Petrinus olim apud nos Pastor optime meritus, & in  
Universitate hac S.S. Theol. Professor celeberrimus, jam vero Ecclesiaz Luthe-  
ranæ Amstelodamensis Pastor primarius, & Conventus Ecclesiastici Ortho-  
doxæ Religionis in Confederati Belgii Provinciis, Præses gravissimus, non  
solum inter domesticos illum suos numeravit, sed etiam privatim magna cum  
fidelitate in Philosophicis & imprimis Græcâ lingua informavit. Cumq; sin-  
gulari naturæ inclinatione Theologiæ studio delectaretur, ei totum se dedit,  
eodemq; quo ante, usus & in hoc est Magistro. Post Musas sublimiores sa-  
lutare desiderans, in aliam Regiomontanam Academiam velut uberiorem scien-  
tiarum mercaturam Anno 1636 concessit, ibiq; per aliquot annos subsistens,  
sedulo egit, ut sibi compararet ea, quorum causâ accesserat, nec tempus, rem-  
omnium pretiosissimam, perderet. Quare & Lectiones publicas & privatas in  
defesso studio frequentavit, & eruditioris eximia specimina edidit, falsumq; hoc  
esse, quod vulgo dici solet, & multi eorum, qui apud nos Studiosi audiunt,  
quamvis non verbis, tamen facto ipso (sed pessime) affirmant; *Quid est, quare  
audiam, quod legere possum?* dum posthabitis Lectionibus & aliis Actibus publicis,  
in locis prohibitis tempus terunt, commissionibus indulgent, & alias nugas  
tractant, attestatus est. Credite non idem est Legere & Audire. Multum viya vox  
facit. Resipiscite ergo, Vos qui etsi seminarium Eccles. & Reipubl. & nuperrimi  
nostrî publicari Edicti memores, aureum illud, HOC AGE, discite, scilicet quam  
ob causam huc à parentibus sitis missi &c. Inde, perlustratis præcipuis Borussiæ Ur-  
bibus, in Succiam se contulit. Ubi in Civitate Holmia ob singulares animi dotes ad  
informationem. Nobilis cuiusdam & Consiliarii Regni Filii vocatus est, cui muneri  
etiam summa cum laude præfuit. Confederati Belgii Provincias aliquoties vidit,  
imprimis vero in Academia Leydensi cum maximis Literati Orbis hujus seculi lumini-  
bus, VOSSIO, SALMASIO, HEINSIO aliisq; supra vulgarem sortem  
eratis. Viris celebrissimis, familiariter vixit. Coloniae Agrippinae etiam per tem-  
pus substigit, & ab Orthodoxæ Religionis consanguineis istius locivalde adamatus  
fuit, qui ipsi quoq; Pastoratus officium lubentes concessissent, si saltē in id con-  
segnare voluisset. Anno 1641. secundo Rhodopolin ad matrem aliam auspicatissi-  
mos sydere convertit & tam sub præsidio Viri Plurimum Reverendi & Clariss. Dn.  
M. SAMUELIS BOHLII. Professoris hujus Academiæ, dum in vivis esset, Ce-  
leberrimi, quam supra nominati Pl. Reverendi Dn. Fratris M. ELIAE TADDELI  
in Theolo-

in Theologia publicè disputavit, & tandem 1642. inde se si laboris præmium summus  
scilicet honoris in philosophia titu um adeptus est Anno 1645. Deo ter Opt. Max. ita di-  
sponte matrimonio tibi junxit Virginem Lectissimam & Pudicissimam ELI-  
SABETAM ZINZERLINGIAM. Viri Amplissimi & Consultissimi  
JUSTI ZINZERLINGII ICTi & Philologi in signis, Areopagi Mecklenbur-  
gici Adsestoris gravissimi reliquam filiam, jam Viduam mœstissimam, quæ Maritum im-  
matura sublatum morte acerbissime hodie luget, & cum lachrymis frustra reperit. Con-  
jugum horum uti semper una mens, unus animus, idem velle & idem nolle septem  
annorum concordiam & fœcunditatem trium liberorum elicuit Nam Anno 1649. d. 29.  
Novembris die mœlitissima Puella CATHERINA ELISABETA dicta ipsis  
nata est, quam Anno 1651. Filiolus svavissimus JVSTVS BERNHARDVS  
dictus subsecutus est. Verum hos duos, proh dolor! pie defunctus Dominus  
Parens ante annum in cœlestes præmisit oras. Tertium ELIAM dictum cum  
mœstissima Vidua Orphanum post se reliquit, quem, ut omnipotens DEVS  
una cum Matre diu salvum ac sospitem conservare, sui Spiritus gratia beare, &  
familiam TADDELIANAM per eum propagare velit, ex animo precamur.  
Anno jam nominato 1649. ab Amplissimo & Prudentissimo hujus Vrbis Senatu,  
tanquam Compatrono Academia nostræ munificentissimo Professio Græca Lin-  
guæ ipsi demandata est, quam spartam etiam in Septimum usq; annum non so-  
lum ornavit, sed tanta quoq; cum dexteritate gessit, ut eum vel hanc ob cau-  
sam, nisi quis fortasse omnem humanitatem exuere velit, merito lugamus  
aut, si quis lugere non velit aut possit, dolore, aut doloris aliquo indicio pro-  
sequatur. Cum Collegis suis amicissime vixit, neminem quod scimus, offen-  
dit: Omnibus semper placere voluit. Deniq; ut Multa paucis comprehen-  
dam, Vir bonus erat homo doctissimus amicis amicus, integer, humanus, justitiae  
amans, officiosus, & virtutibus, quæ in conversatione cum aliis consistunt ornatus  
Præter lapsus die Martis, qui erat 12. hujus Mensis Februarii postquam ante aliquoddies de  
quibusdam Corporis incommodatibus conquestus esset, & malum ad horas fer-  
me ingravesceret, Excellentissimam ac Experientissimum Dn. D. SEBASTIANVM  
Würdigen Collegam nostrum colendum sub ipso prandio ad se vocari jussit cu-  
jus ad me transmissa Verba de repentina hac morte hic inserere placet.  
**Finita horā 12 accessi, deprehendiq; Dn. Professorem laborare**  
**dubli cholera humidâ nimirum mista cum siccâ seu flatulenta.**  
**Præcripsi medicamentum mitigans, temperans & corrígens**  
**effervescentiam. Sæbillationem & malignitatem bilis, de quo**  
**bis tertvè sumpto, Jamelius walcre dixit, b. 3. veldimidia. 4ta**  
ncos

me absente accessit paroxysmus Apoplecticus, qui remediis idoneis adhibitis recessit. h. dimidia 5ta me redeunte post trium quatuorve verborum interlocutionem reddit gravis Apoplexia cum respiratione ablata & pulsu plane abolito. Tentavimus pulsum revocare idoneis medicamentis, frictionibus aliisque idoneis remediis, sed frustra & sic tandem circa quintam vespertinam placide in Domino obdormivit. Hic est morbus & Vita finis satis insperatus Collegæ nostri desideratissimi. Ad hoc iter, quod jam ingressus, se jam dudum præparaverat. Nam semper mundi hujus vanitates contempnit & saepissime cum Uxore mellitissima de morte ejusque præmio, Vita scilicet æterna locutus est nihilque aliud desideravit, quam placidum ex hac vita discessum. Cum itaque secundum Augustinum is, qui bene vixit, non possit male mori, nulli dubitamus, quin cum Christo vivat, & conuentudine dulcissimâ individuæ Triados omniumque Electorum fruatur. Cum Vero funeris exequiæ hodie peragendæ sint. Vos Cives Academiæ sponte vestra extrellum hunc honorem habete amico vestro, quem vivum coluistis, qui vivus vos coluit. Prosequamini funus tristissimum. Vos, juvenes humanissimi, hunc honorem præceptorí vestro exhibere, & frequentia vestra indicate observantiam, quam vivo debebatis. Gratiam facietis Virtutæ magnitudinæ, cui in tanto luctu frequentia vestra aliquod etiam solatium afferet. Ipsi mortalis vestræ conditionis memores hoc agite, ut præ cœlestibus haec terrestria contemnatis, & semper ad æviterna gaudia suspiretis. P. P. Rostochii sub Sigillo.

Rectoratus. XVIII. Februarii Anno

M. DC. LVI.

Conventus fiet horâ primâ in Templo D.  
Jacobo sacro,

6[0]90



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776827766/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766/phys_0013)

DFG

GK



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776827766/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776827766/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827766/phys_0016)



in Theologia publicè disputavit, & tandem  
 scilicet honoris in philosophia iuuu adeptus es.  
 Sponente matrimonio tibi junxit Virginem  
 SABETAM ZINZERLINGIAM  
 JUSTI ZINZERLINGII ICTI & Philo-  
 gici Adsestoris gravissimi relictam filiam; jam  
 matura sublatum morte acerbissime hodie lug-  
 jugum horum uti semper una mens, unus an-  
 annorum concordiam & fœcunditatem trium  
 Novembris die militesissima Puella CATHA-  
 nata est, quam Anno 1651. Filiolus snavissi-  
 dictus subsecutus est. Verum hos duos,  
 Parens ante annum in cælestes præmisit ora-  
 mæstissima Vidua Orphanum post se reli-  
 qua cum Matre diu salvum ac sospitem co-  
 familiam TADDELIANAM per eum p-  
 Anno jam nominato 1649. ab Amplissimo  
 tanquam Compatrono Academiæ nostræ m-  
 guæ ipsi demandata est, quam spartam et  
 dum ornavit, sed tanta quoq; cum dexteris  
 lam, nisi quis fortasse omnem humanitat-  
 aut, si quis lugere non velit aut possit, do-  
 sequatur. Cum Collegis suis amicissime  
 dit: Omnibus semper placere voluit. Q-  
 dam, Vir bonus erat homo doctissimus ar-  
 amans, officiosus, & virtutibus, quæ in convi-  
 Præterlapsò di Martis, qui erat 12. hujus Mensis  
 quibusdam Corporis incommodatibus com-  
 me ingravesceret, Excellentissimum ac Experi-  
 Würdigen Collegam nostrum colendum ful-  
 jus ad me transmissa Verba de repentinis  
 Finita horâ 12 accessi, deprehendi-  
 du dici cholera humidâ nimirum m-  
 Præcripsi medicamentum mitig-  
 effervescitiam & ebullitionem Co-  
 bis servè sumpto, Je melius valer-  
 i



laboris præmium summu-  
 eo ter Opt. Max. ita di-  
 & Pudicissimam ELL-  
 issimi & Consultissimi  
 Aeopagi Mecklenbur-  
 giam, quæ Maritum im-  
 ymis frustra repetit. Con-  
 lle & idem nolle septem-  
 tuit Nam Anno 1649. d. 29.  
 ISABETA dicta ipsi-  
 VS BERNHARDVS  
 ie defunctus Dominus  
 ELIAM dictum cum  
 omnipotens D EVS  
 spiritus gratia beare, &  
 ex animo precamur.  
 o hujus Vrbis Senatu-  
 Professio Græca Lin-  
 um usq; annum non so-  
 cum vel hanc ob cau-  
 lit, merito lugemus  
 oris aliquo indicio pro-  
 em quod scimus, offen-  
 ta pacis comprehen-  
 teger, humanus, justitiae  
 aliis consistunt ornatus  
 quam ante aliquot dies de  
 & malum ad horas fer-  
 On. D. SEBASTIANVM  
 ad se vocari jussit cu-  
 hic inserere placet.  
 professorem laborare  
 râeu flatulenta  
 rans & corrigens  
 tem bilis, de quo  
 3. veldimidia. 4ta  
 nos